

A espada de Damocles

Damocles, stultus homo, in regiam Dionysii tyranni venit atque beatam tyranni vitam mire

laudavit. Tunc tyrannus homini stulto dixit: Visne fortunam meam temptare et beate

vivere? Damocles laetus annuit.

Tyrannus hominem in aureo lecto collocavit. Deinde servi omnia, quae cupiebat, diligenter

homini praebebant. Damocles beatus erat. Sed in magno gaudio subito fulgentem gladium

capiti suo imminentem conspexit. Itaque, magno timore captus, nec pulchros servos, nec

argentea vasa adspiciebat. Ne quidem cibos exquisitos tangere audebat. Tandem

Tyrannum oravit, ut abire liceret, quoniam iam beatus non erat. Etenim is, qui mortem

perpetuo timet, beatus esse non potest.